



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Struxerat adiculam Mandrita Lupambulus iflam.

*Auent. li. 5.
fol. 500.*

MANDRITA, id est, Pastor ouium. Lupambulus, id est, VVolfgangus. Eum iu-
uit Henricus Dux Bauariæ, pater Henrici S. Imperatoris.

ADDITIONES.

*ex M. S.
Cod.*

Dem Münster des H. S. Peters/ gib vñ zu eigne (ich Wolfgang vñ Gottes gna-
den / Bischoff zu Regenspurg) Ihm vñ seinem mitzweispotten / dem H. S.
Pauls / zu ewiger niefung vñ brächnus der Closterfrawen die mein demütig-
keit nu zusammen gesambt hat / inn dasselbig ihr Münster / das mit meiner hülff jezund
redlich erpawt ist / alles das / das do hat das Bistumb (zu Regenspurg) zu Calmünz / jens
seit des Wassers genant Bils / bis zu der Nabe / erbaut vñ vnerbaute Erd / hoffteit / wi-
sen) vñ weid / siel vñ stein. Zeugen der sach sein Herzog Hainrich / Graue Dabe /
Graue Ruprecht / Graue Erbo / Gottschalk / Israhel / Englschalck / Asprecht Wurzer /
vñ sein Sohn Matthias / dz ist gescheh in der ehegenanten S. Peters vñ Pauls Mün-
ster / an dem Tag irer geburt / zu denen zeiten als regiert hat Knyfser Otto der ander.

PÄRING MONASTERIVM CANONICO-
RVM REGVLARIVM S. AVGVSTINI.

*Vid. supr.
sub mona-
stier. S. Ma-
gus. pag.*

MONASTERIVM hoc fundatur per Conradum, Henricum & Gebhar-
dum Canonicum maioris Ecclesiæ Ratisbonensis, Comites de Raning &
Rotenburg, germanos fratres, vt testatur sequens diploma foundationis Henri-
ci, Episcopi Ratisponensis. Obiit autem Henricus Comes, Anno Domini 1142.
In illo Monasterio sepultus dicitur fuisse Com. Mospurgen. cui etiam insignia
Mospurgensia assignantur, forte vnus familiæ, vt etiam Ioan. Auent. in sua
translatione Annalium coniungit Com. de Raning & Mospurg, qui, Raningen-
sibus deficientibus, in iure Aduocatiæ Paringen. Monast. successerunt, rursus
per electionem Præpositi & Conuentus Domini de Lapide, postea Domini de
Abensperg, postremò Principes Bauariæ subrogati sunt, vide Abenspergen. Co-
mitem Genealogiam, in libro meo Stemmatum Bauariæ. Sequitur diploma
foundationis.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ TRINITATIS. Henricus per misericordi-
am Dei Ratisponensis Ecclesiæ Episcopus: omne, quod scribitur, testamentum
rerum gestarum continet notitiam, memoriam, fidem & firmamentum. Nouerint
ergo omnes Christi fideles, tam futuri quam præsentis, qualiter quidam no-
biles, tres vterini fratres, Conradus primogenitus, nec non Henricus, Laici, &
Gebhardus, matricis Ecclesiæ Canonicus, cum bonæ voluntatis matre sua, no-
mine Machthilda, venerabili Vidua, diuinum cultum ampliare, & Christo in
pauperibus suis ministrare cupientes, Præposituram Canonicorum regula-
rium, secundum regulam beati Augustini, in parte prædij sui, in loco, qui Pargen
dicitur, in Ecclesia baptismali, nostra autoritate constitutam, manibus propriis
legitimè contradiderunt, in manu nostra beato Petro Apostolo, ad altare matricis
Ecclesiæ, ad pacem & quietem, & libertatem eiusdem Ecclesiæ, quam
constituerant, tutius muniendam. Postulante hoc ipso dilecto filio nostro
Vdalrico, eiusdem Ecclesiæ Præposito, ea interposita firmitate, vt fratres ini-
bi Deo seruientes secundum regulam beati Augustini lineis vtantur, & ordo
Canonicus perpetuus inuiolabiliter conseruetur: Vnde & nos rationabi-
libus petitionibus eius annuentes, in primis eandem Pargensem Ecclesiam præ-
sentis scripti pagina communiuimus, firmiter & immobiliter statuentes, vt
quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentia-
rum canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, liberalitate

Regum